



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

CIII. Notariats-Verhandlung über eine Ehebruchs-Anschuldigung gegen die
verstorbene Herzogin Margareth von Pommern, vom 12. Juli 1498.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

CII. Erzbischof Ernst zu Magdeburg und Kurfürst Johann von Brandenburg entscheiden schiedsrichterlich zwischen Heinrich dem Ältern und Heinrich dem Jüngern, Herzögen zu Braunschweig, und der Stadt Braunschweig, vom 28. September 1493.

Nochdem wir von gots gnaden Ernst, Ertzbischoff zw Magdeburg etc. —, vnd Johans, Marggraue zw Brandenburg, des heiligen Röm. Reichs Ertzcammerer vnd Churfürst etc. —, In vnserm anlas vnd verfassung zwuschen den hochgeboren fürsten vnsern lieben Ohemen vnd Swager, herrn Heinrichen dem Eltern vnd Herrn Heinrichen dem Jungern, zw Brunshwig vnd lüneborgk herzcogen, vnd den Ersamen vnsern lieben besundern, den geschickten der Stadt Brunshwig, vnder anderm der guter, So fundern personen zwgehorend vnd gewesen sein vnd die bemelten fürsten zw yren henden brocht, In der güte abgeredt vnd besprochen ist, Das sie dieselbigen gütere bis zu diesem güttlichen tage Innehaben vnd gebrauchen vnd wir zw dieser tagefetzung als Schiedesfürsten erkennen sollen, wer die nutzungen derselbigen funder Bürgere gütere bis zw güttlichem ader rechtlichem awstrag der sachen nemen vnd haben solle, vnd sodanne nun die geschickten der von Brunshwig anzeigung furbracht, wodurch die einzelen ader besundern Bürger sülche nüttzungen vnd früchte von den gütern, die sie von den fürsten zw Brunshwig zw lehen vnd afterlehn haben, bis zw solchem güttlichen ader rechtlichem vstrage einnemen vnd yn folgen solten. Dogegen dann obgenante fürsten Inrede vnd Exception weifs haben fürbringen lassen, dieweile dieselbigen besunder bürgere persönlich ader yr yder durch seine fullemacht nicht furkomen nach volmechtig geschickt, das der geschickten von Brunshwig anbringen sie nicht beswehren, Noch von vns dermassē gehort, noch angenommen werden solle vnd wie das allenthalben In vihl reden vnd gegereden vns weiter mit recht settzen anbrocht, Thun wir obgenanten schidesfürsten erkennen, Das die geschickten von Brunshwig In yren furbringen, Nachdem sulchs ane funder befehll vnd fullemacht der einzeln Bürger, so dieser handell belangt, beschehn vnd vorgewent, nicht sollen zwgelassen werden, Aber vor sich als einzeln bürgere hie entkegen vnd vor andere besunder ader einzeln bürgere, ynen mageschaft vnd Swagerschaft verwant, die sie namhaftig vnd wie nahe machen sollen, mit genugsamen vorstandt vnd Caucion de Rato werden sie billich zw obgerürter anzeigung gehordt von Rechts wegen. Darnach beschee auch, als vihl recht sey, Doch vnshedlich der Hewbtfache. Zw vrkund mit vnser beider Schiedesfürsten obgemelt rugkehalben angedruckten Sigellen besigelt Anno etc. XCIII^o., vf Sonnabend nach Mauricii.

Nach dem Original im Königl. Prov.-Archive zu Magdeburg.

CIII. Notariats-Verhandlung über eine Ehebruchs-Anschuldigung gegen die verstorbene Herzogin Margareth von Pommern, vom 12. Juli 1498.

In nomine Domini Amen. Nouerint vniuersi et singuli hoc presens publicum Instrumentum lecturi et audituri, Quod nos Pribbeflaus Cleft Caminensis et beate marie virginis Stetinensis

Ecclesiarum Canonicus Eiusdemque Curie Caminenfis officialis principalis Ad Illustriffimi principis domini et domini Bugflai Stetinenfis, Pomeranie, Caffubie Slauorumque ducis et Rugie principis ac Comitis Gufcoue Infantanciam et requifitionem omnes et fingulos fua jntereffe putantes, quos infra-scriptum tangit negotium, ad videndum et audiendum producj exhiberi nonnullos articulos ad futu-ram rei memoriam, ne fucceffu temporis copia probationum et facultas deperiret testefque defuper producj et ad jurandum admittj ac jurare, Necnon ad dandum interrogatoria, fi que dare voluerint, vel ad dicendum quare premissa minime fieri debeant allegandum, ad valuas ecclesie beate marie virginis Stetinenfis citari fecimus juffimus et mandauimus ad certum peremptorium terminum com-petentem ad diem et horam infra-scriptas. Quibus advenientibus comparuit personaliter in iudicio coram nobis predictus Illustriffimus princeps dominus Bugflaus dux citra tamen quorumcunque fuorum procuratorum per eum hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem ac certas literas citatoriales in dictis valuis ecclesie beate marie nostro de mandato debite executas facto reportauit citatorumque in eodem contentorum non comparentium contumaciam accusauit Ipsosque contumaces reputari et in eorum contumaciam nonnullos positiones et articulos infra-scriptos facto realiter et in scriptis exhibuit et produxit, Necnon prouidum et honestas Gregorium Winolth clericum Mif-nensem, Elizabet vxorem Hinricj Vofs et Annam vxorem Nicolai Lantfert Caminenfis et Margaretam virginem degentem'jn opido Barth Zwerinenfis Diocesis, ut et tamquam testes defuper produxit et eosdem testes citari et compelli ad dicendum medio juramento veritatem super infra-scriptis articulis examinari et postquam examinatj fuerint eorum dicta publicari Instrumentaque defuper publica necessaria et oportuna decerni concedi pecijt et debita cum iustancia postulauit. Nos tunc Pribbelaus officialis principalis predictus prefatos citatos nos non compa-rentes reputauimus merito, prout erant id, exigente iusticia contumaces et in eorum contumaciam articulos infra-scriptos prout premititur exhibitos admiffimus ac supranominatos testes defuper produ-ctos recepimus et ad jurandum admiffimus. Qui quidem testes sic recepti jn prefencia nostra et Notarij ac testium infra-scriptorum tactis per eos scripturis sacrosanctis ad sancta dei ewangelia manualiter iurarunt, se omnimodam quam in hac causa feirent veritatem dicere et deponere velle, omni odio, amore, gracia, timore aliisque subordinationibus omiffis; auifationibus etiam solitis et consuetis pre-miffis, eosdem testes per discretum Simonem Loden Notarium nostrum infra-scriptum in nostra prefencia sigillatim debite examinarj fecimus et examinauimus eorumque dicta vnacum articulis infra-scriptis publicari et defuper jnstrumenta et documenta necessaria et oportuna fieri mandauimus, Quo-rum articulorum et attestationum tenor fequitur et est talis.

Ad futuram Rei memoriam, ne probationum facultas depereat ac ad finem et effectum ut clare constet constareque poterit, quandam Margaretam, vnam ex filiabus quondam Ffredericj Marchionis Brandeburgensis, olim vxorem legitimam Illustriffimi principis ac domini domini Bugflai, Stetinenfis, Pomeranie, Caffubie et Slauorum ducis legem ac fidem sacri matrimonij transgressam fuisse ac adulterium manifeste commiffisse et in eodem adulterio publice repertam fuisse proptereaque per prefatum Illustriffimum principem dominum ducem Bugflaum licite repudiatam et nunquam usque ad mortem sibi reconciliatam fuisse, Necnon dotem propterea per eandem Mar-garetam allatam deperditam ac per prefatum Illustriffimum principem dominum ducem Bugflaum eius maritum lucratum fore ad omnesque alios meliores fines et effectus ipsi domino Bugflao ducj proficuas, Citra tamen animum iniuriamque geneologie domus Marchionum Brandeburgensium, dat, facit et exhibet procurator et ex nomine prefatj Illustriffimj principis dominj ducis Bugflaj ac ipsemet positiones et articulos infra-scriptos tam coniunctim quam diuifim ac omnibus melioribus

modo via jure causa et forma, quibus potest et debet, quos ad probandos admittij petit, offerens eos se legitime probaturum, citra tamen omnis superflue probationem, ad quod se non astringit, de quo protestatur. In primis enim procurator prefatus quo supra nomine dicit ponit et si necesse fuerit probare intendit, quod prefata Margareta, filia quondam Ffrederici, Marchionis Brandeburgensis, prefato Illustrissimo principi et domino domino Bugflao, Stetinensi, Pomeranie, Cassubie et Slauorum duci, alias de anno domini MCCCCLXXVII fuit et erat in opido Prentzlow Caminenfis diocesis in facie ecclesie publice matrimonialiter et legitime copulata, certa dote assignata, quam idem princeps ut maritus in vxorem per plures annos habuit, tenuit ac reputauit et in matrimonio huiusmodi honeste prout decuit tractauit, carnali sepius copula subsecuta, ita quod de contrario prefata Margareta nunquam conquesta fuit, Seque hincinde pro talibus et ut tales habuerunt, gefferunt et reputarunt ac ab alijs pro talibus et ut tales habitus tractati et reputati fuerunt et sic fuit et est verum. Item dicit, ponit et probare intendit, quod licet prefata Margareta sicut prefertur in legitimo matrimonio cum eodem Illustrissimo principe domino duce Bugflao constituta, ab eodem Illustrissimo principe domino duce Bugflao fuerat ut eius vxor legitima honeste et decenter tenta, habita et reputata et tractata, ita quod in nullo de eo tamquam de bono marito, qui bene potuit facere facta sua, conqueri posset, prout nec vnquam conquesta fuit, nescitur quo spiritu ducta, nisi maligno, lubrico et lasciuo, Nuper de anno domini MCCCCLXXXVIII Indictione sexta pontificatus Sanctissimi domini nostri domini Innocentij diuina prouidentia pape octauo anno eius quarto, die vero decima quarta mensis Junij, in opido Stetin in Curia siue pallatio ducali in Camera in parte aquinolari in lecto magno stante in angulo strate, cum capite versus orientem et cum pedibus versus occidentem, in nocte inter primam et secundam horas, cum quodam Vritezen, medicine doctore, laico Brandeburgensis diocesis, publice concubuit ac ambo in lecto per colla amplexatj in concubitu siue coitu ac adulterio manifeste repertj fuerunt, Ita quod prefatus Doctor Vritezen membro suo virili in eandem Margaretam siue ipsius vuluam inmisso eandem agitando et supponendo lecto se mouente manifeste repertus fuit, Et quod sic fuit et est verum publicum notorium et manifestum. Item dicit, ponit et probare intendit, quod similiter prefata Margareta, vxor prefati Illustrissimi principis domini ducis Bugflai, sepe et sepius antea cum prefato Vritezen Doctore solus cum sola nudus cum nuda detectis pudibundis visa ac in actu adulterij reperta fuit, Et sic fuit et est verum. Item dicit, ponit et probare intendit, quod prefata Margareta vxor prefati Illustrissimi principis domini ducis Bugflai sic ut prefertur in huiusmodi notorio crimine et actu adulterij reperta Ipsum crimen adulterij per eam commissam publice confessa fuit, asserens illud nunquam inficiari seu negare velle, saltem in presentia Illustrissimi principis sui mariti, etiam si maritus eam propterea gladio interficere vellet, et sic fuit et est verum. Item dicit, quod premissa omnia et singula fuerunt, erant et sunt vera, publica, notoria et manifesta fuitque eijs de omnibus et singulis vulgaris rumor vera assertio firma credulitas ac publica vox et fama. Item dicit, ponit et probare intendit quod postquam premissa ad noticiam prefati Illustrissimi Principis ac domini domini Bugflai, Stetinensis, Pomeranie, Cassubie et Slauorum ducis, pervenerunt ac deducta fuerunt, prefatus Illustrissimus princeps ac dominus dux Bugflaus eandem Margaretam vxorem suam ut et tanquam adulteram repudiauit nec deposuit eam in thoro siue lecto associauit sibi neque amplius condormiuit seu cognouit, sed ab eius commercio, consortio et conuersatione abstinuit ac propria voluntate eandem dimisit, Et quod sic fuit et est verum. Item dicit, quod veritas est preter id et absque eo, quod prefata Illustrissimo principe domino duci Bugflao ut eius marito fuerit reconciliata aut desuper secum composita et concordata; Quinimo clara veritas fuit et est quod desuper

usque ad mortem minime sibi reconciliata fuit Et quod sic fuit et est verum. Premissis igitur veris existentibus, prout verissima sunt, clare constat, prefatam Margaretam vxorem contra legem et fidem matrimonij venisse ac detestandum adulterium manifeste commisisse ac in adulterio repertam fuisse proptereaque de jure dotem perdidisse ac eandem dotem propterea prefatum Illustrissimum principem dominum Bugslauum eius maritum lucratum fuisse, prout laicius dicitur et ostenditur suis loco et tempore opportunis Saluo jure addendi, corrigendi etc. Et protestatur prout fuit moris juris atque Stili.

Primus testis Gregorius Winolt, clericus Misnensis diocesis, Citatus, juratus, productus compulsus reductis sibi juramentis per eum prestitis primitus ad memoriam, Satis annosus, de pena falsidici testis satis auisatus, non excommunicatus, non proscriptus, non infamis, non odio, fauore, amore, timore aut spe lucri uel muneris deponens, fauens parti iusticiam habentj, In hunc qui sequitur modum deposuit: Ad primum articulum Incipientem In primis enim procurator etc. dixit articulum fore verum, quoad copulam non interfuisse in facie ecclesie sed hoc audiuisse ita fore verum ut articulatur; quo vero ad alia contacta dixit articulum simpliciter verum Reddens causam scientie quia erat ad certos annos ipsius quondam domine Margarete cubicularius siue Camerarius ac articulata vidisse, audiuisse et intellexisse. Ad Secundum articulum Incipientem Item dicit, ponit et probare intendit etc. Dixit articulum fore verum Reddens causam scientie, Quia vidit doctorem in articulis designatum intrantem cubile et exuentem caligas et lectum ascendentem et supra eam se corporaliter ponentem et lumbos mouentem ac lectum propterea se commouentem, sed diem ignorauit circa tamen festum visitationis marie infra uel supra in estate hec acta fuerunt se seque premissa vidisse, audiuisse et intellexisse. Ad Tertium articulum Incipientem Item dicit, ponit et probare intendit quod similiter etc. Dixit verum fore articulum Reddens causam scientie quia vidit et audiuit. Ad Quartum articulum Incipientem Item dicit, ponit et probare intendit quod prefata Margareta etc. Dixit articulum fore verum Reddens causam scientie, Quia cum articulum ut articulatur testi confessa fuit promisit testi cubiculario, animo eum corrumpendj ut crimen zelaret, dare serinium cum margaritis ne reuelaret, quod renuit testis cubicularius acceptare. Ad Quintum articulum de fama dixit fore verum articulum Reddens causam scientie, Quia audiuit a pluribus nobilibus ciuitatensibus, vassallis ac communi populo patrie. Ad Sextum articulum Incipientem Iterum dicit, ponit et probare intendit quod postquam premissis etc. Dixit articulum fore verum Reddens causam scientie, Quia nunquam vidit neque audiuit contrarium, quod eam postea, cum tale crimen peruenit ad sui noticiam, cognouisset carnaliter aut condormiisset. Ad Septimum articulum Incipientem Item dicit, quod veritas est etc. Dixit articulum fore verum, Quia nunquam vidit neque audiuit contrarium sed semper habuit principem exofam et ut repudiatam propter crimen perpetratum ut articulatur. Injunctum est testi silentium ut moris, Juris atque Stili est.

Secunda Testis Honesta Elizabeth, vxor validi Hinrici Vofz, in villa Casslin moram habens Caminenis diocesis, Citata, jurata, producta, compulsa, Reductis sibi Juramentis per eam prestitis primitus ad memoriam, satis annosa, de pena falsidicj testis satis auisata, non excommunicata, non proscripta, non Infamis, non odio, fauore, amore, timore aut spe lucri uel numeris deponens, fauens parti iusticiam habenti, in hunc qui sequitur modum deposuit. Ad primum articulum Incipientem In primis eum procurator etc. Dixit articulum fore verum, quoad copulam, non interfuisse sed hoc audiuisse fore verum. Quo vero ad alia contenta in articulo dixit simpliciter fore verum Reddens causam scientie, quia fuit eius famula ad decem uel octo annos. Ad Secundum articulum Incipientem Item dicit, ponit et probare intendit etc. Dixit articulum fore verum, Reddens causam

scientie, Quia illa ut articulatur perpetrata fuerunt cum doctore, ipsa Elizabeth testis iacebat cum domina sua in vno lecto et vidit et audiuit quod acta fuerunt de mane in aurora in estate circa festum visitationis marie infra uel supra. Ad tertium articulum Incipientem Item dicit, ponit et probare intendit quod similiter etc. Dixit articulum fore verum Reddens causam scientie, quia vidit et audiuit. Ad Quartum articulum Incipientem Item dicit, ponit et probare intendit, quod prefata Margareta etc. Dixit quod ignorauit. Ad Quintum articulum de fama Dixit fore verum articulum, Reddens causam scientie, quia audiuit a pluribus nobilibus, citatenibus, vassallis ac communi populo patrie. Ad Sextum articulum Incipientem Item dicit, ponit et probare intendit quod postquam premissis etc. Dixit articulum fore verum, Reddens causam scientie, quia nunquam vidit neque audiuit contrarium sed semper habuit eam princeps exofam et ut repudiatam propter crimen perpetratum ut articulatur. Iniunctum est testi silentium ut moris, Juris est atque Stili.

Tertia testis Anna vxor Nicolai Lantferth, opidana opidi Wolgast, Caminenfis diocesis, Citata, jurata, producta, compulsa, Reductis sibi juramentis per eam prestitis primitus ad memoriam, satis annosa, de pena falsidicj testis satis auifata, non excommunicata, non proscripta, non infamis, non odio, fauore, amore, timore aut spe lucri uel muneris deponens, fauens parti iusticiam habentj, In hunc qui sequitur modum deposuit: Ad primum articulum incipientem Inprimis enim procurator etc. Dixit articulum fore verum, quoad copulam non interfuisse in facie ecclesie, sed hoc audiuisse ita fore verum ut articulatur. Quo vero ad alia contenta dixit articulum simpliciter verum Reddens causam scientie, quia erat ad multos annos ipsius domine Cubicularia et pedissequa. Ad Secundum articulum incipientem Item dicit, ponit et probare intendit etc. dixit articulum fore verum Reddens causam scientie, Quia iacebat cum domina ducissa pie memorie cum quarta teste in quodam lecto in Camera Et ex precepto domine et mandato aperuit ipsi doctori Cameram et eum intromisit, Qui tunc doctor solutis caligis ascendit ad lectum domine ceteraque fecit ut articulatur, Quia vidit et audiuit, sed diem ignorauit, circa tamen festum visitationis marie infra uel supra in estate hec acta fuerunt. Ad Tertium articulum Incipientem Item dicit, ponit et probare intendit quod similiter etc. Dixit articulum fore verum, Reddens causam scientie, quia vidit et audiuit. Ad Quartum articulum incipientem Item dicit, ponit et probare intendit, quod prefata Margareta etc. Dixit quod ignorauit. Ad Quintum articulum de fama dixit fore verum articulum, Reddens causam scientie, Quia audiuit a pluribus nobilibus, civitatenibus, vassallis ac communi populo patrie. Ad Sextum articulum incipientem Item dicit, ponit et probare intendit quod postquam premissis etc. Dixit articulum fore verum, Reddens causam scientie, Quia nunquam vidit neque audiuit contrarium, quod eam postea, cum tale crimen peruenit ad sui noticiam, cognouisset carnaliter aut condormiisset. Ad Septimum articulum incipientem Item dicit, quod veritas est etc. Dixit articulum fore verum, quia nunquam vidit neque audiuit contrarium, sed semper habuit eam princeps exofam et ut repudiatam propter crimen perpetratum ut articulatur Iniunctum est testi silentium ut moris, Juris atque Stili est.

Quarta testis Margareta virgo, moram habens in opido Barth, Zwerinenfis diocesis, Citata, jurata, producta, compulsa, Reductis sibi juramentis per eam prestitis primitus ad memoriam, satis annosa, de pena falsidicj testis satis auifata, non excommunicata, non proscripta, non infamis, non odio, fauore, amore, timore aut spe lucri uel muneris deponens, fauens partj iusticiam habentj, in hunc qui sequitur modum deposuit: Ad primum articulum incipientem In primis enim procurator etc. Dixit fore verum articulum, Reddens causam scientie, quia quoad copulam non interfuisse in facie ecclesie, sed hoc audiuisse ita fore verum ut articulatur. Quo vero ad alia contenta

in articulo simpliciter dixit verum esse Ex eo quod ad certos annos fuit ipsius domine pedisequa et cubicularia. Ad secundum articulum incipientem Item dicit, ponit et probare intendit etc. Dixit articulum fore verum, Reddens causam scientie, Quia iacebat, cum domina ducissa pie memorie cum tertia teste in quodam lecto in Camera Et vidit et audiuit, quod precepto domine et mandato tertia testis aperuit Cameram et intromisit doctorem, qui ascendit lectum ceteraque fecit ut articulatur, sed diem ignoravit, circa tamen festum visitationis marie infra uel supra in estate hec acta fuerunt. Ad Tertium articulum incipientem Item dicit, ponit et probare intendit, quod similiter etc. Dixit articulum fore verum, Reddens causam scientie, quia vidit et audiuit. Ad Quartum articulum incipientem Item dicit, ponit et probare intendit, quod prefata Margareta etc. dixit ignoravit. Ad Quintum articulum de fama dixit fore verum articulum, Reddens causam scientie, Quia audiuit a pluribus nobilibus, ciuitatensibus, vasallis ac communi populo patrie. Ad Sextum articulum incipientem Item dicit, ponit et probare intendit, quod postquam premisis etc. Dixit articulum fore verum, Reddens causam scientie, quia nunquam vidit neque audiuit contrarium, quod eam postea, cum tale crimen peruenit ad sui noticiam, cognouisset carnaliter aut condormiisset. Ad Septimum articulum incipientem Item dicit, quod veritas est etc. Dixit articulum fore verum, Reddens causam scientie, quia nunquam vidit neque audiuit contrarium, sed semper habuit eam exosam princeps et ut repudiatam propter crimen perpetratum ut articulatur Iniunctum fuit testi silentium ut moris, Juris atque Stili est.

Que omnia Et singula huncque nostrum processum vobis omnibus et singulis supradictis et vestrum cuiuslibet intimamus, insinuamus et notificamus ac ad vestram et cuiuslibet vestrum noticiam deducj volumus per presentes. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras literas siue presens publicum instrumentum processumque nostrum in se continentes siue continens exinde fieri et per Notarium nostrum publicum infrascriptum subscribi et publicari mandauimus Sigillique nostri officij principalatus iussimus et fecimus appensione communij. Datum et actum in opido antiquo Stetin, Sub anno a Natiuitate domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo octauo, Indictione prima, die vero duodecima mensis Julij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Alexandri diuina prouidentia pape Sextj, anno eius sexto, presentibus ibidem Spectabilibus et validis viris Georgio Cleft, Cancellario, et Johanne Qwestin, laicis Caminensis diocesis testibus ad premissa vocatis pariterque rogatis.

(Signet.) Et Ego Simon Lode, Clericus Caminensis diocesis publicus apostolica et Imperiali auctoritatibus Notarius Dictique Venerabilis viri domini officialis Curie Caminensis principalis coram eo Scriba Quia huiusmodi Citationi, Peticioni et decreto articulorumque et testium exhibitioni, productioni, examinationi, iuramentorum receptioni, depositioni, publicationi omnibusque alijs et singulis dum sic ut premittitur fierent et agerentur vna cum prenominationis testibus presens interfui Eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui ac in notam sumpsi, Ex qua hoc presens publicum instrumentum manu mea propria fideliter conscriptum confeci, subscripsi, publicavi et in hanc publicum instrumenti formam redegi, Quam signo nomine et congruomine meis solitis et consuetis vna cum prefati domini officialis Curie Caminensis principalis sigilli appensione signavi et roboravi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Nach dem Orig. im Stettiner. Provinzial-Archiv. Durch den untern umgebogenen Rand ist ein Pressel gezogen, das Siegel aber abgefallen. Auf der Rückseite steht von späterer Hand: Merkische Heyrat Fraw Margaretha, Marggravin.